



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Edictum de Visitatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

fiuerint, etiā si eo temporis spatio ipsi in alijs suis beneficijs, canonicatibus, digni satibus ve, etiam si in quacunque cathedrali Ecclesia sint, relederint: eos præter poenas, qua & sacrorum Canonum decretis, & eodem concilio, & p[ro]p[ter]o Quar ti Pont. Max. constitutione non residentibus propositæ sunt, ordinum suorum munere officioq[ue] suspensos, ac eisdem c[on]tatis beneficijs iure ipso priuatos declaramus.

Interim autē fructus, quos absentes suos non faciunt, nec sine conscientiæ labore retinere possunt, Fabricæ Ecclesiæ cui quisque præstet, & ornamenti, pro rata temporis eorum absentiæ adiudicamus. à qua poena, atque etiam à mortali peccato, quod, vt Tridentino concilio declaratum est, cōmittunt, qui sine nostra scripta facultate absunt, ne iij quidē immunes sunt, qui, quoniam à suis ecclesijs absentes, apud nos, & à nobis ipsis sèpè videntur, nostro quasi tacito permisso abesse existimant: quod à nostri animi sententia longè alienum esse, etiam his literis declaramus.

Edicimus prætere ac iubemus omnibus, quicunque Ecclesiastica beneficia, curata, vel non curata, in titulum aut cōmendam obtinent, quæ tamen personalem residentiam iure vel consuetudine requirunt, si qua non residēti studij causa permissa facultate tueri ac defendere se posse arbitrantur, quod minus ipsis in suis resideant beneficijs, vt eam ad idem tempus supra respectiū prescriptū, nobis aut Vicario nostro exhibeant; alioqui scient, nos de eis poenas esse sumptuas, quæ contra non residentes constitutæ sunt. In quarum rerum fidem hoc edictum cōfici; signoq[ue]; nostro signatum, & nostri Cancellarij manu subscriptum, Metropolitanæ nostræ Ecclesiæ valuis affigi, alijsq[ue]; locis publicè proponi iussimus. Volumusq[ue]; eo ynumquemque ita teneri, vt si ipse personaliter monitus esset, ac citatus. Datum Mediolani ex nostris Archiepiscopalibus ædibus, die x. Ianuarij. 1567.

Edictum de Visitatione.

CAROLVS

Miseratione diuina Tit. S. Praxedis Presbyter Cardinalis Borromæus Archiepiscopus Mediolani.

CVM ad nostri pastoralis officij rationem Visitationis cura ita pertinet, vt ex sacrorum Canonum iure, & Conciliorum decretis prætermitti neque possit, neque debeat: nos illud à nobis debitum munus, omni qua maxima possumus diligentia, Deo iuuante, aggredi atque perficere cupientes, perutile fore existimauimus, omnibus & singulis iurisdictionis nostræ fidelibus, ceterisque quorum id interest, hoc significare.

In eam verò curam ita incumbemus, vt non ordinaria nostra solum, verum etiā delegata nobis auctoritate accurate visitemus, omnes & singulas has Mediolanensis & Ciuitatis, & Dioecesis Ecclesiæ; Metropolitanam nostram, collegias, earum item capitula, tum personæ, curatas præterea Ecclesiæ, etiam eas, quæ ipsi Metropolitanæ, collegiatis, alijsve Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, aut quibusvis locis annexæ sunt. Monasteria item quæ commendata sunt, Abbatiae, Prioratus, sive Præpositoriae, aliovis nomine nuncupata, in quibus nos viget regularis obseruantia; cetera quoque beneficia curata, ac non curata, secularia, regularia quovis modo commendata, etiā si exempta sint; Ecclesiæ item quæ scunq[ue]; quovis ratione exemptas, quæve in nullius dioecesi sunt, quibus Metropolitanæ nostra propior sit quam alia cathedralis Ecclesia; omnes denique Ecclesiæ non curatas, cappellas, oratoria, hospitalia, collegia quoquecunq[ue]; confraternitates laicorum, Montes pietatis, piaq[ue]; loca omnia, quamvis excepta sint, etiam ad laicorum administrationem pertinentia; Moniales etiam quæ Sanctæ Sedi Apostolice immediate subiectæ sunt, quæve etiam Sancti Petri, vel Sancti Ioannis capitulorū nomine, vel alio quovis modo nominantur; Monialium item quarumeunq[ue]; clausularum; Monasteria insuper in quibus cura exercetur

K 1 anima-



animarum personarum secularium, in ijs quæ ad Sacramentorum administrationem pertinent; omnes denique & quascunque seculares personas Ecclesia sticas, etiam exemptas, & regulares extra Monasterium vitam agentes.
 Hoc igitur nostro publicè promulgato edicto, omnes & singulos certiores facere voluimus, nos die vigesimo quinto huius mēnsis visitandi initium facere yelle, eo animo eoq; consilio, vt quantum in nobis est, diuina benignitate adiuti, omni& diligentie& pietatis, & pastoralis officij studio in ea incumbamus, quæ ad animarum salutem, ad cultus diuini rationem, ad Ecclesiarum statum, ad Christianam morum institutionem, ad Cleri, & fidelis populi vita atq; officij disciplinam spectare iudicabimus. Quare monemus omnes & singulos, ad quos earum Ecclesiarum, Monasteriorū, & piorum locorum quæ diximus, cura, vel gubernatio, vel administratio, vel Misericordiarum officiorum quæ in ijs prestanta sunt celebratio, aliorū ve munera functio pertinet, vt quo die singulas illas Ecclesias, locaq; visitabimus, proferant ac ostendant nobis, vel ei cui tale munus delegauimus, vel Cancellario nostro cuius opera in hoc visitationis munere vtemur, suorum omnium beneficiorum, & sacrorum ordinum titulos, & Ecclesiarum capitulorum ve statuta, constitutiones, ac obligationum onera quæ eis imposita sunt. Inventarium præterea bonorum mobilium & immobilium, atque eas res omnes ostendant, quæ ad Ecclesiæ aut pī loci cultum, apparatum, & ornarum pertinent. Si quis autem, cuimvis ordinis aut dignitatis sit, aliqua in medium assere voluerit, quæ ad Dei laudem, Ecclesiarum comodum, & animarum salutem interesse putquerit, hortamur in Domino, vt omnia ex nobis vel sermone vel scripto patet faciat.

Et quoniam ab ijs quæ alijs prestant, tantum sumi decet, priuam Metropolitanam nostram Ecclesiam visitabimus, ad alias deinde Ecclesias & loca quæ diximus progrediemur, ea seruata ordinis ratione, quæ ad eam rem bene gerent.

dam magis expedire nobis videbitur.

Itaque monemus, precipimus, atque citamus capitulo Ecclesiæ Metropolitane, eiusq; Archipresbyterum, Archidiaconum, Primicerium, Prepositum, Decanum, Canonicos qui ordinarij appellantur, Notarios, Primiceriorum lectors, Maxzeconicos, Cappellanos, custodes obedientiarios, clericos, vegloves & veglonissas, cappellanum curatū curam animarum exercentem in parochialibus Ecclesijs Sanctorum Theclæ, & Ioannis ad fontes Monasterij Lantais, & Galdini, Archipresbyterum item, & canonicos Decumanos, scholares, cōfrates, & beneficiatos officiales, ministros, ceterosq; singulos, qūi nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ ministrat vel ministrare debent, vt eo quem ediximus die 25. summo mane omnes ad visitationem conueniant, ac sui quisq; beneficij quod in ea Ecclesia obtinet titulos, dispensationem, statuta, constitutiones, ordines, obligationumq; onera, nobis, vt supra ediximus exhibeat, in eaq; Visitatione, quam statuto iam die aggrediebimus, etiam si non eo ipso die absoluere poterimus, tamdiu adeste pergit, quoad omnibus ijs quæ ad eam pertinent, quæq; nos necessaria & oportuna censuerimus, perfectis, illam omnino absolvemus.

Et ut hæ nostræ literæ Cancellarij nostri manu subscriptæ, sigilloq; nostro signatae, quas editu publici vim ac testimonium habere decernimus, omnibus ijs quibus ediximus, ac alijs quorum id interest, & in posterum quibus ratione intererit, notæ ac manifestæ planè esse possint; volumus eiusdem nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ, & aliarum huius Civitatis Ecclesiarū, quæ collegiatæ sunt, ac Monasteriorū valuis affigi, ac relinquere eosq; omnes quos diximus, eisdem ita teneri, vt si illi personaliter moniti, requisiti, ac citati essent.

In quorum testimonium has confici, & signo nostro muniri iussimus.

De earum vero affixione, quod quisq; noster in hac parte nuncius ad nos referet, in eisdem illi omnino habebimus.

Dat ex nostris Archiepiscopalibue ædi-

bus die 22. Iunij. 1566.

EDIT.